

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum conscientia possit errare.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVAEST. XVII. DE CONSCIENTIA, ART. II.

405

in conscientia: sed contra conscientiam facit, & dicitur hoc malam conscientia facere, in quantum factum iudicio scientiae non concordat. Et sic pater, quod non oportet conscientiam esse idem, quod liberum arbitrium.

Ad v. dicendum, quod conscientia dicitur esse naturale iudicatorium, in quantum tota examinatione, vel conciliario conscientiae ex naturali iudicatio dependet, ut prius dictum est.

Ad vi. dicendum, quod peccatum est in uoluntate, & ratione, sicut in libidinote: in conscientia autem alio modo, ut dictum est.

Ad vii. dicendum, quod conscientia dicitur scientia realiquid non propriæ, sed secundum illum modum loquendi, quo scire dicitur illud quo sciimus.

Ad viii. dicendum, quod dicitur esse spiritus, id est spiritus nostri instinctus, prout ratio dicitur spiritus.

Ad ix. dicendum, quod conscientia, nec est potestia nec habitus, sed actus. Et quamvis actus conscientiae non sit semper, nec sit in dormientia: tamen actus ipse manet in sua radice, i.e. in habitibus applicabilibus ad actum. Rationes autem illas, quæ probant conscientiam non esse habitum concedimus.

Ad primum vero, quod in contrarium obiicit, quod scilicet sit habitus, dicendum, quod conscientiae dicitur esse intellectus nostri lex: quia est iudicium rationis ex legi naturali deductum.

Ad xi. dicendum, quod aliquis sibiipsi dicitur esse conscientius per legem naturalem eo modo loquendi, quo aliquis considerare dicitur secundum principia: sed per conscientiam, eo modo loquendi, quo aliquis dicitur considerare ipso actu considerantis.

Ad xii. dicendum, quod quāuis scientia sit habitus, tñ applicatio scientiae ad aliquid non est habitus, sed actus, & hoc significat nomine conscientiae.

Ad xiii. dicendum, quod ex his actibus non generalis habitus alterius modi ab illo habitu, ex quo actus elicuntur: sed uel aliquis habitus eiusdem rationis, sicut ex actibus infusa charitatis generalis habitus dilectionis, vel preexistens augmentatur. sicut in eo qui habet habitum temperantiae acquisitionis ex actibus, ipse habitus augmentatur. Et ita cum actus conscientiae procedat ex habitu sapientiae & scientiae, non generatur inde aliquis habitus alius ab eis. sed illi habitus perficiuntur.

Ad xiv. dicendum, quod cum conscientia dicitur esse spes, est predicatione per causam, in quantum scientia bona facit hominem bonæ spei esse, ut glossa ibidem exponit.

Ad xv. dicendum, quod etiam ipsi habitus naturales sunt nobis ex immissione diuina. Et ideo cum conscientia sit actus prouenientis ex habitu naturali ipsius synderesis, dicitur conscientia ex diuina immissione esse, per modum quo omnis cognitio veritatis, qua est in nobis, dicitur esse a Deo a quo principiorum primorum cognitio nostra naturae est induita.

Ad xvi. dicendum, quod in illa divisione philosophi actus in habitu includitur, eo quod habitus ex actibus generari probauerat, & similius aeterni eos esse principium, & sic conscientia non est habitus, nec potentia, sed actus qui ad habitum reducitur. Rationes autem illas, quæ probant conscientiam esse actum, concedimus.

A T I C U L U S . I I .

Vtrum conscientia possit errare.

S E C U N D U M queritur, utrum conscientia possit errare. Et videtur quod non. Naturale enim iudica-

A torium numquam errat; sed conscientia est naturalia iudicatorum. ergo non errat.

¶ 1 Præt. Conscientia addit aliquid supra scientiam: id autem quod addit, nihil diminuit de ratione scientiae. sed scientia numquam errat, quia est habitus quo semper uerum dicitur, ut pater in 6. Ethic. ergo nec conscientia errare potest.

¶ 3 Præt. Synderesis est scintilla conscientiae, ut dicitur in glo. Ezecl. 1. ergo conscientia comparatur ad syndesim, sicut ignis ad scintillam: sed eadem est operatione & motu ignis, & scintillæ. ergo & conscientiae, & synderesis: sed synderesis nunquam errat, ergo nec conscientia.

c. 3. & 5. c. 5.

Super illud  
in 4. partib.  
sumpta ex  
Hiezo.

¶ 4 Præt. Conscientia est in Dam. 8. li. est lex intellectus nostræ: sed lex est certior quia ipse intellectus, intellectus autem semper est rectus, ut dicitur in 3. de Anima. ergo multo fortius conscientia semper est recta.

¶ 5 Præt. Ratio ex capite, qua syndesim attingit, non errat; sed recte coniuncta synderesi facit conscientiam. ergo conscientia numquam errat.

¶ 6 Præt. In iudicio statutum dicitur testium: sed in iudicio diuinum testis est conscientia, ut patet Rom. 2. testimonium illis reddente conscientia sua &c. Cū igitur iudicium diuinum numquam possit falli, videtur quod conscientia numquam errare possit.

¶ 7 Præt. In omnibus regulam, ad quam alia regula lantur, oportet habere rectitudinem indeficientem: sed regula quadam humanorum operum est conscientia. ergo oportet conscientiam esse rectam.

¶ 8 Præt. Spes inititur conscientia, sicut habetur per glo. 1. Tim. 1. ex corde puro & conscientia bona: sed spes certissima est, ut habetur Heb. 7. Ut per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habemus: quia confugimus ad tenendam propositam spem. ergo conscientia indeficientem rectitudinem haberet.

SED CONTRA c. 1, quod dicitur Joan. 16. venit hora, ut omnes qui interficiunt vos &c. ergo his, qui occidebant Apostolos, dicitur conscientia quod ex hoc placenter Deo: sed hoc est errore. ergo conscientia errat.

R E S P O N S U M . Sicut ex dictis patet, conscientia nihil aliud est quam applicatio scientiae, ad aliquem spatiū actuum, in qua quidem applicatione contingit esse errorē dupliciter. Vno modo, quia id, quod applicatur, in se errorem habet. Alio modo ex eo, quod non bene applicatur, sicut in syllogizando contingit percatum dupliciter, uel ex eo quod aliquis falsis utitur, vel ex eo quod non recte syllogizat. Sed hoc quidem quod falsis utatur, ex una quā parte contingit, ex alia autē parte non contingit dictum est. n. supra, quod per conscientiam applicat notitia synderesis & rationis superioris, & inferioris ad actum particularem examinandum. Cū autē actus sit particularis, & synderesis iudicium uniuersale existat, nō potest applicari synderesis ad actum: nisi fiat assumptione alii cuius particularis. Quā quidem particularitatem, quāque subministrat recte superior, quāque inferior, & sic conscientia perficitur quasi quodam syllogismo particulari. Vt si ex iudicio synderesis proferatur, nihil prohibetur lege Dei esse faciēdū, & ex superioris rationis notitia assumatur, cōcubitum cum ista muliere est prohibetur lege Dei, fieri applicatio conscientiae cōcubitudo, ab hoc cōcubitu esse abstinentiam. In vniuersali qdē iudicio synderesis, errorē esse nō contingit, ut supra ex dictis patet: sed in iudicio

Ar. præced.

Ar. præced.

Ar. præced.

ad i. et c.

## QVÆS. XVII. DE CONSCIENTIA, ART. III.

**I**udicio rationis superioris contingit esse peccatum, sicut cum quis existimat esse legem vel contra, quod non est, ut haeretici qui credunt iuramentum a Deo esse prohibitum. & id error accidit in conscientia propter falsitatem, que erat in superiori parte rationis. Et similiter contingere potest error in conscientia, ex errore existente in inferiori parte rationis, ut cum aliquis errat circa ciuios rationes iusti, vel iniusti, honesti vel in honesti. Ex hoc autem quod non recte modo applicatio fit in conscientia, etiam error contingit: quia licet in syllogizando in speculativis contingat formam debitam argumentandi permitti, & ex hoc in conclusione accidere falsitatem: ita etiam contingit in syllogismo qui in operabilibus requiritur, ut dictum est. Scendum tamen quod in quibusdam conscientia nunquam errare potest, quoniam factus ille particularis, ad quem conscientia applicatur, habet de se in synderei vniuersale iudicium. Sicut enim in speculativis non contingit errare circa particulares conclusiones, que directe sub principio vniuersalibus afflumuntur in eisdem terminis, ut in hoc quod est, hoc totum esse maius sua parte nullus decipitur: sicut nec in hoc, omne totum est maius sua parte: ita nec in hoc, quod est Deum non esse a me diligendum, vel aliquid malum esse faciendum, nulla conscientia errare potest, eo quod in utroque iudicio, tam speculabilem, quam operabilem, & maior est per se nota utpote, in universali iudicio existens, & minor etiam qua idem de scipo predicatorum particulariter. ut cum dicit, omne totum est maius sua parte: hoc, totum quoddam est, ergo est maius sua parte.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod conscientia de naturale esse iudicatorum, in quantum est conclusio quedam ex naturali iudicatorio deducta, in qua potest error accidere: & si non propter errorē naturalis iudicatorii, tamē propter errorem particularis assumptę, vel propter indebitum ratiocinandum, ut dictum est.

**I**n corp. ar. **A**D SECUNDVM dicendum, quod conscientia addit supra scientiam applicationem scientiam ad actum particularem, & in ipsa applicatione potest esse error quamvis in se ipso error non sit. Vel dicendum, quod cum dico conscientiam, non dico vel implico scientiam solummodo stricte acceptam, put est tamen verum: sed scientiam largo modo acceptam pro qualcumque notitia, secundum quod omne quod nouimus communim vnu loquendi scire dicimus.

**A**D TERTIVM dicendum, quod scintilla est id, quod purius est de igne, & quod superuolat toti igni, ita synderesis est id quod supremum in conscientia iudicio reperitur. & secundum hanc metaphoram synderesis scintilla conscientiae deo. Neque oportet, ut in omnibus aliis se habeat synderesis ad conscientiam, sicut scintilla ad ignem. Et tamen in igne materiali aliquis motus accidit igni propter admissionem ad materiam alienam, qui non accidit scintilla ratione sua puritatis. Et ita etiam aliis error potest accidere conscientia propter commissiōnem eius ad particularia, quae sunt quasi materia ratione aliena, qui non accidit ratione in sua puritate existenti.

**A**D QVARTVM dicendum, quod conscientia dicitur lex intellectus secundum illud quod habet a synderesi: & secundum hoc nunquam errat: sed aliunde, ut dictum est.

**I**n corp. a. & ad arg. **A**D V. dicendum, quod licet ratio ex hoc, quod coniungitur synderesi, non errat, tamen ratio superior vel inferior erras potest synderesi applicari, sicut mi-

**F**or falsa adiungitur maiori uere. **A**d VI. dicendum, quod iudicio statu dicto tellus, quando dicta testium non possunt per alia manifesta iudicia argui falsitatis. In eo autem qui in conscientia errat, testimonium conscientiae arguitur, falsitatis ex ipso dictamine synderesi, & sic non stabilit dicto conscientie errantis in diuino indicio: sed magis dictaminis legis naturalis.

**A**d VII. dicendum, quod conscientia non est prima regula humanorum operum: sed magis frumentum: conscientia autem est quasi regula regula, unde nihil mirum, si error in ea potest accidere.

**G**Et VIII. dicendum, quod spes illa que supererit conscientiam, fundatur certitudinem huc: & hoc est gratuita: spes autem qua super errorem conscientiam fundatur, est illa, de qua dicitur, quod prius peribit.

### ARTICVLVS III.

*Vtrum conscientia liget.*

**T**ERTIO queritur, utrum conscientia liget. **I**videtur quod non. Nullus ligatur ad aliquam facienda, nisi aliqua lege: sed homo non facit nisi ipsi legem: ergo cum conscientia sit ex hominide conscientia, non ligat.

**P**rat. Aliquis ad consilia non ligatur: sed conscientia se habet per modum consiliorum. **I**videtur conscientia precedere electionem, licet consilium. ergo conscientia non ligat.

**H**ec 3 Prat. Nullus ligatur, nisi ex aliquo superiori: sed conscientia hominis non est superior, quam ipsis homo. ergo homo ex sua conscientia non ligatur.

**P**rat. Eiusdem est ligare & soluere sed conscientia non sufficit ad hominem absoluendum. ergo nec etiam ad ligandum.

**S**ED CONTRA. Eccl. 7. scit conscientia tua gloriatur in dictis obligat. ergo dictamen conscientiae ligat.

**P**rat. Super illud Ro. 9.0 ne quod non est in fide &c. dicit Orig. multa apostolus, ut nihil dicat cogitem, nihil agam: nisi secundum conscientiam. ergo conscientia ligat.

**R**ESPON. Dicendum, quod conscientia prout dubio ligat. Ad uidendum autem quomodo ligatur, scendum est, quod ligatio metaphorice a corporabili ad spiritualia sumpta necessitas imponitur. Importat. Ille enim qui ligatus est, necessitate habet consistendi in loco, ubi ligatus est, & auctoritate potestas ad alia diuertendi, unde patet, quod ligatio non habet locum in illis, quae ex necessitate sunt. Non n. possumus dicere ignem esse ligatum ad hoc, quod solum feratur, quanquam necessitas ipsius futura ferri: sed in tantum necessariis ligatum habet, quib. ab alio necessitas imponitur. Et autem duplex necessitas, quae ab alio agente imponitur. Vna quidem coactionis per quam omnis absolute necessitas habet facere hoc, ad quod determinatur ex actione agenti, alias coactionis non proprie dicetur, sed magis inducitio. Alia vero est necessitas conditionata, ex finis impositionis, sicut imponitur alicui necessitas, ut si non fecerit hoc, non consequatur suum premium, prima quidem necessitas, que est coactionis, non cadit in mortis voluntatis, sed scilicet in corporalibus rebus, eo quod voluntatis naturaliter est a coactione libera. Secunda necessitas uoluntati imponit potest, vt si necessarium sit hoc eligere, si hoc bonum deat consequitur si hoc malum debet uitare. Carrer. n. male in idem computatur, cum hinc bonum in talibus, ut